



Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 98. An haereticus imponitens continuo trade[n]dus sit brachio
saeculari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

adstringo, quatenus illis plectat, si & quando probatum exuerit legitime in iudicio, seu me cōfessum, contra nunc iurata & abiurata, aliqua commisisse, bac ibi, videtur ergo quod ratione huins obligationis iudicialiter & legitime præstita posse abiurans puniri tanquam relapsus committendo quicquam contrarium his, que abiurauit, vel his ad quae se obligauit iuramento, quorum unum est adimplere penitentiam sibi in iustam, vel iniungendam, nec in aliquo conrauenire.

Obligatio et
promissio ab
iurantibus non
exteditur ex
tra iuris di-
spositionem:

Et quamvis prima fronte hac vrgere videatur; non tamen recedendum est a præfata doctrina, prædicta enim abiurantis promissio & obligatio secundū iuris regulas fieri intelligitur, nec pot amplius operari, quam in ipsum permittat: quoniam in actibus legitimis, quos quis transfigit, vnuſquisque censetur se cum legibus conformare. l. si duo, ff. de aqui, vel omitten, heredit. l. nemo pot. ff. de legis 1. cum ibi traditis per Doctores. Rursus, nemo est dominus vita & suæ, neque membrorum suorum, nisi quatenus leges permittunt. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam, denique nullus censetur plus contra se statuere, quam iure permititur: quia hoc repugnaret legi naturali. cum itaque a iure sancti sint casus, quibus in panem relapsus incurritur, cap. accusatus. de heret. lib. 6. ad hos tantum referenda erit abiurantis illa generalis obligatio, & promissio, ne præter iura & leges aliquid durum in se statuat; quod nec fieri iuste potest nec debet.

Si ergo in alios casus incidat, quantumvis contra promissionem et obligationem venire videatur, non tamen est relapsus censendum: quoniam alii casus præter definitos a iure, de stricta iuris ratione relapsum non faciunt, atque ex his credo breviter esse huic difficultati satisfactum.

DE IMPÆNITENTIIS & relapsis.

Q V A E S T I O X C V I I I .
An hæreticus impenitens continuo
tradendus sit brachio seculari.

N Onagesima octava quæstio est: Vtū Episcopus & Inquisitor deprehensum in hæretica prauitate & impenitentem, debeant continuo tradere brachio seculari ultimo supplicio feriendum?

Relat. supra
pag. 97.

Hæreticus
impenitens
traditur cu-
ria seculari.

Respondemus quod sic; vt habetur in cap. Ad abolendam. §. præsentis, extra de heret. ubi dicitur sic: Præsentis nihilominus ordinatione sancimus, vt quicumque manifeste fuerint in hæresi deprehensi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obubratione fuseatus, totius ecclesiastici ordinis præregatua nudetur; & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiasticos, secularis relinquitur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniēdus: nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fideli catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice & cōsenserit abiurare, & satisfactionem congrua

A exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confessum ad fidem confugerit orthoduxam, facultas iudicis arbitrio relinquitur, debitam recepturus, pro qualitate facili otis vultuonem.

Nec intelligas ista uerba sic grammaticaliter, ubi dicitur, continuo, & confessim, quod immo & ante eadem die & hora, qua deprehensi in hæresim, negauerit se uelle abiurare, tradatur curie seculari, nom hæresis, continuo, & confessim, in iure non ita stricte sicut in grammatica assumuntur; immo possunt & debent detineri etiam per mensem & menses; & induci per se, & per alios, ut ad unitatem Ecclesiae reuertantur.

C O M M E N T . C X L V I I .

D E materia huius questionis supra differimus par. 2. super cap. Ad abolendā, de heret. rediſime vero concludit hic Eymericus bac aduerbia, continuo, & confessim, non significare adeo brevem temporis moram, quin competentes inducias ad convertendos hæreticos concedi possint ac debant.

In interim video Paulū Grillandū tract. de heret. q. 5. Simacan de catho. inst. tit. 47. de penitentibus & conuersis. num. 41. & multis sequentibus, & Menochium de arbitrarijs indicum Centuria 4. casu 373. & alios, quos prædicto loco adduxi.

C Iam qualiter agendum sit cum hæreticis impenitibus priusquam curia seculari tradantur seu relinquantur, copiose docet Eymericus supra in hac 3. par. in decimo modo processum fidei terminandi,

Q V A E S T I O X C I X .

An hæreticus penitēs & relapsus brachio seculari tradendus sit, &c.

N Onagesima nona quæstio est: Vtū Episcopus & inquisitor deprehensum in hæretica prauitate & impenitentem, sed relapsum, debeant tradere brachio seculari animaduersione debita puniendum?

Respondemus quod sic; vt pater in c. Ad abolendam. §. illos, extra de heret. ubi dicitur sic: Illos quoque, qui post abiurationem erroris, vel postquam se (ut diximus) proprij antistititis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiurata hæresim recidisse, seculari iudicio, sine ullā penitus audiencia, decernimus reuinquendos.

C O M M E N T . C X L V I I I .

E Q Uæ ad tractationem & cognitionem relapsorum spectant, copiose tradidit Eymericus supra par. 2. q. vñ. vbi diximus, & citauimus eos, qui dem relapsis in hac causa copiose disserunt.

De praxi autem in relapsis curie seculari tradidis, agit abunde auctor in nono modo processum fidem terminandi, & Campegius ad Zanch. c. 16.

Quæstū est, cur relapsos Ecclesia misericordia Cattolica non recipiat (nā hæc sola dubitatio in hac causâ est). Ecclesia maneat declaranda & multis rationib. salubriter id recte statutū riederi potest, sed præcipua est: quoniam qui secundo labitur, nō præsumitur prius vere cōueritus;

ynde